Philosophia Thomistica

secundum

P. Antonium Goudin.

—

1. Logica minor

Omnis humana cognitio tribus mentis operationibus omnino continetur: apprehensione, judicio, discursu.

Apprehensio est actus mentis quo res percipiuntur, nihil de illis affirmando aut negando, sed eas propriis ideis exprimendo quae termini dicuntur.

Judicium est actus mentis quo unum de alio affirmatur aut negatur, quae affirmatio aut negatio propositione exprimitur.

Discursus est actus mentis, quo ex uno judicio aliud cum eo connexum elicitur, quae illatio argumentatio vocatur.

Methodus mixta quaedam est mentis operatio ex apprehensione et judicio.

I. De apprehensione et terminis

A. De termino — 1. Quid sit terminus?

Terminus est signum rei, simplici apprehensione perceptae.

Signum: quod potentiae cognoscitivae aliud a se repraesentat.

Haec repraesentatio vel fit per modum similitudinis (ut imago) vel per modum indicationis, in quantum ex uno cognito, licet dissimili, ducimur in alterius

cognitionem, propter utriusque connexionem (ut ex fumo cognoscimus ignem). Hinc duplex signum formale et instrumentale

Signum formale est ipsa rei similitudo (in quibus res percipitur)

Signum instrumentale: id quod praeter speciem quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire (ex quibus res percipitur)

Signum instrumentale est aut naturale aut arbitrarium.

Signum instrumentale naturale: quod aliud a se repraesentat ex naturali connexione.

Signum instrumentale arbitrarium: quod aliud a se repraesentat ex usu et instituto hominum cum eo connexum.

Terminus est mentalis, vocalis, scriptus

Terminus mentalis est signum formale rei mente perceptae. Dicitur etiam: species intelligibilis, idea, ratio rerum, notio, conceptus, notitia; diversus est a phantasmate, ideo dicitur „mente perceptae"

Quomodo mens humana res percipit?

Objecta externa primum sensus externos percellunt, haec impressio a sensu externo ad phantasiam progrediens in ea rerum simulacra perfectiora excitat (phantasmata), quae in ea collecta diu manent, etiam remotis objectis et cessante sensus externi functione; horum ope res sensu perceptas, licet absentes, nobis repraesentamus, sonos, odores, figuras, colores, lineamenta eaque quasi coram posita imaginatione percipimus. Mens illis motibus imaginationis provocata ob ejus cum corpore unionem, rebus imaginatione repraesentatis attendit; atque eas suo modo percipit per similitudines longe nobiliores, quas ex illis simulacris elicit, juxta Peripatheticos; vel quibus ab initio sibi infusis attendere incipit, ut censent Platonici. Verum quia mens altiore latioreque, quam sensus, luce pollet, in ipsis sensibilibus imaginatione perceptis, longe plura quam illa percipit eaque propriis notitiis distinguit.

Terminus vocalis: vox ad placitum significativa termini mentalis

Terminus scriptus: signum termini vocalis scriptura exaratum.

2. De divisione terminorum.

Ex parte rei significantis dividuntur termini in
1°: mentales, vocales, scripti;
2°, complexi, incomplexi.

Terminus complexus duo una voce comprehendit, ex. gr. poeta hominem et artem poeticam; terminus incomplexus unum quid exprimit (albedo).

Ex parte rei significatae dividuntur termini in

1° positivi et negativi (caecitas, nihil)
Quidam termini sunt positivi voce, negativi sensu, et contra.

2° termini primae intentionis et secundae intentionis.

Terminus primae intentionis significat rem secundum statum, quem habet in se ipsa: homo, leo.

Terminus secundae intentionis significat rem secundum statum ei ab intellectu attributum: genus, species. Dicuntur etiam termini secundae considerationis

3° termini singulares et communes.

Terminus singularis de uno tantum dicitur, communis plura significat: populus, animal.

Terminus communis est vel collectivus qui plura conjunctim solum significat, ut civitas; vel distributivus qui ita plura significat, ut de singulis dici possit.

Terminus communis distributivus potest esse:

univocus, in pluribus rationem simpliciter unam significans, ut homo;

aequivocus, in pluribus rationes omnino diversas significans, ut canis;

analogus, qui rationes significat simpliciter diversas, proportione tamen quadam similes

III ~~Ex par~~ modo significandi dividuntur termini in

categorematicos qui per se aliquid significant; syncategorematicos qui per se nihil, tantum alteri juncti aliquid significant, ut omnis, nullus; mixti qui utrumque significandi modum continent, ut nemo, nihil.

Terminus categorematicus potest esse abstractus qui formam ab omni subjecto praecisam significat;
concretus qui formam cum subjecto sig.

Terminus concretus potest esse
absolutus s. substantivus qui rem significat ut per se stantem;
adjectivus s. connotativus qui rem significat ut alteri adjectitiam.

IV Ex comparatione ad alios dividuntur termini in

1° praedicatum, qui de alio dicitur
subjectum de quo alius terminus dicitur.

2° antecedentem ex quo alius sequitur;
consequentem qui ex alio sequitur;
reciprocos qui se mutuo inferunt (homo – rationalis)

3° transcendentalem cujus significatum intime includitur in omnibus differentiis significatorum aliorum terminorum: ens, res, aliquid, unum, verum, bonum.
categoricum qui significat aliquod genus rei aliis generibus non permixtum: homo, lapis.

3. De proprietatibus terminorum

quas in propositione suscipiunt

1° suppositio: positio termini pro aliquo, de quo verificatur. Potest esse

a) materialis: positio termini loco sui ipsius. Ex. Homo est vox; amo est verbum.

b) formalis: positio termini loco sui significati. Ex. Homo est discursivus.

b) simplex: positio termini loco sui immediate significati (Homo ē species)
realis (personalis, absoluta): positio termini loco significati tam mediati quam immediati (Homo ē vivens)

c) collectiva: positio termini pro significatis conjunctim sumptis.

distributiva: positio termini communis pro omnibus et singulis significatis, quae denuo erit aut

completa si descendit ad singula individua (pro singulis generum), aut

incompleta, si terminus generins sumitur pro singulis speciebus sub genere contentis, at non pro singulis earum individuis (pro generibus singulorum). Ex. Omne animal fuit in arca Noe – compl. autem est: animal ē sensitivum.

disjunctiva ~~~~: positio termini communis pro aliquib9 tantū significatis. Ex: aliquis homo ē alb9 – quae erit aut

confusa: acceptio termini pro significato, quod determinari nequit

determinata: acceptio termini pro aliquib9 determinatis significatis.

2°. Ampliatio: extensio termini a minore ad majorem significationem. Ex. Justi in perpetuum vivent.

3°. Restrictio: coarctatio termini a majori ad minorem significationē. Ex. Princeps credul9 ē crudelis.

4°. Alienatio: translatio termini a propria ad alienā significationē propter alteri9 termini additionē. Ex. Christus ē Sol justitiae.

5° Appellatio: applicatio uni9 termini supra aliū. Est autē vel

formalis, quando praedicatū cadit supra formale subjecti: Medic9 sanat –

Formale significatum subjecti: ipsa forma per terminū significata, materiale vero ē subjectū habens talē formā. In homine humanitas ē ejꝰ formale, ipsa autē persona ejꝰ materiale.

vel –
materialis quando praedicatū cadit supra materiale subjecti: Medicꝰ cantat.

4. De universalitate terminorum

Terminus universalis est, qui de pluribus univoce ac distributive dicitur. Ei opponitur
singularis qui de uno tantum dicitur,
particularis: ipse universalis signo particulari ad aliquam suæ significationis parte restrictꝰ. Ex. Aliquis homo.

Terminꝰ qui de plurībꝰ dicitur, vel ipsā rei essentiā significat, vel aliquod ejꝰ attributū. Si essentiā significat, vel totā comprehendit (= species) ut homo significat quidquid ad naturā ejꝰ pertinet; vel solū id exprimit, in quo convenit cū aliis naturis (= genꝰ), ut animal solū id exprimit, quod commune ē homini ē bruto; vel exprimit id solū, quo differt ab aliis naturis (= differentia), ut rationale exprimit id solū, quo differt homo a bruto. Si terminꝰ attributū essentiæ exprimat, vel illud necessario essentiæ convenit, ita ut ab ea disjungi nequeat (= propriū), ut risibile exprimit aliquid naturā hominis necessario consequens; vel ē attributū essentiæ nō consequens, sed ei casu adjunctū ē ab ea separabile (= accidens), ut doctꝰ ita homini attribuitur, ut ab eo tamen disjungi potuerit. –

Nota: prædicari in quid: prædicari per modū termini substantivi; homo ē animal;
prædicari in quale: prædicari per modū adjectivi, homo ē doctꝰ;
prædicari in quale quid: prædicari per modū adjectivi, sed aliquid tamen designantis, quod ad substantiā rei pertinet; homo ē rationalis.

Quinque sunt modi terminoꝝ universaliū:
1. Genus: terminꝰ universalis qui de plurībꝰ specie differentibꝰ prædicatur in quid incomplete. Ex. animal.
2. Species: term. univ. qui de plurībꝰ numero differentibꝰ prædicatur in quid complete. Ex. homo.
3. Differentia: term. univ. qui de plurībꝰ prædicatur in quale quid. Ex. rationale
4. Proprium: term. univ. qui de plurībꝰ prædicatur in quale necessario. Ex. risibile.
5. Accidens: term. univ. qui de plurībꝰ prædicatur in quale contingenter. Ex. niger, albꝰ.

5. De terminis praedicamentalibus

Praedicamenta s. Categoriae sunt quidam termini generici, sub quibus distincte omnes rerum species coordinari possunt.

Praedicamentum: series specierum sub uno supremo genere coordinatarum. Decem sunt:

a) substantia: ens per se subsistens

b) quantitas: accidens extensivum rei in partes; est

permanens, cujus partes sunt simul, ex. quantitas terrae;

successiva, cujus partes continua successione fluunt, ut quantitas temporis;

permanens est vel

continua, cujus partes connexae molem efficiunt; vel

discreta, cujus partes non uniuntur (haec dicitur etiam numerus)

c) relatio: accidens, cujus totum esse est ad aliud se habere. Ex. gr. paternitas nihil aliud est, quam respectus patris ad filium.

relatio unius puncti ad aliud abstracte est motus, physice est virtus s. qualitas.

d) qualitas: accidens dispositivum rei in se ipsa, ut sanitas disponit hominem ad bene se habendum. Distinguuntur quatuor species:

habitus et dispositio – determinantes substantiam, ut bene aut male se habeat. Ex. sanitas, error

potentia et impotentia – determinant ad operandum fortiter aut languide. Ex. visus in juvene et sene.

passio et patibilis qualitas: determinant substantiam secundum mutationem sensibilem. Ex. calor, frigus.

forma ē figura determinant partes quantitatis ad certū modū. Ex. rotunditas, quadratura.

e) actio: accidens, quo causa constituitur actu causans. Ex. urere, secare.

immanens quae nihil extra suū principiū producit. Ex. intelligere, videre;

transiens quae aliquid ad extra ponit, Ex. urere.

f) passio, accidens, quo subjectū constituitur aliquid a causa recipiens. Ex. uri.

g) ubi, accidens rei ex eo, quod sit in loco. Ex. esse Romae.

h) quando, accidens rei ex eo, quod sit in certo tempore. Ex. esse in hoc anno.

i) situs, accidens rei ex certa partiū ejꝯ dispositione. Ex. sedere, stare.

k) habitꝯ, accidens rei ex circūpositione corporis ea ornantis aut protegentis. Ex. esse togatū.

Postpraedicamenta vocantur quinq/ modi, qui considerantur in rebꝯ sub praedicamento positis atq͡ invicē comparatis

a) oppositio: repugnantia rei cum alia. Est:

contraria: repugnantia duar rer quae cū sint sub eodē genere, ab eodē subjecto se mutuo pellunt. Ex. calor ē frigꝯ.

relativa: repugnantia ex mutuo respectu proveniens. Repugnat ut quis sit idē pater ē filiꝯ.

privativa: repugnantia inter formā ē privationē, ut inter visū ē caecitate.

contradictoria: repugnantia inter ens et non ens, ut inter hominē ē non hominē.

b) prioritas qua aliquid aliud praecedit.
Est
durationis ut inter juventute ē senectute;
consequentiae cu unu infert aliud proindeq illud supponit, ut homo animal;
ordinis cu unu aliud praecedere exigit, ut certa sit dispositio - ut logica ceteras scientias;
dignitatis cu unu alio dignioq ē, ut rex subditis;
naturae cu unu naturaliter pendet ab alio, ut radiq a sole, unde sol natura prior ē radio, licet simul existant.

c) simultas opponitur prioritati, ideo tot modis ē, quot prioritas.

d) motq: transitq ab uno statu ad aliu
Sex genera:
generatio, transitq a non esse ad esse substantiale;
corruptio, tr. ab esse ad non esse;
augmentatio, tr. a minori ad majorē quantitatē;
diminutio, tr. a majori ad minorē quantitatē;
alteratio, tr. ab una ad alia qualitate;
latio, tr. ab uno ad aliu locu.

e) modi habendi quinq sunt:
per inhaesionē: ut homo habet scientia;
per modū continentis, ut doliu habet vinu;
per possessionē: ut homo habet agru;
per relationē: ut pater habet filiu;
per juxta positionē: ut homo habet veste.

B. De recta terminorum perceptione

1. De defectibus qui vitiant terminorum perceptionem ac de eorum remediis.

Perfecta terminorum perceptio debet esse <u>integra</u>, <u>clara</u>, <u>distincta</u>. Hinc tres defectus:

a) <u>diminutio perceptionis</u>, cum mens soli termino attendit, at rem eo designatam vix animadvertit – vel cum in termino rem multis partibus constantem significante, mens nostra ubi aliquam perceperit, ea contenta, rem se habere compertam confidit

b) <u>obscuritas</u> accidit vel ex parte termini, cujus obscura significatio est (Tertullianus Deum esse corpus asserit), vel ex parte rei significatae, cujus natura nos latet, licet perspicuum sit, eam tali termino designari.

c) <u>confusio</u> cum sub una idea confuse continentur plura, veluti implicata.

Defectui diminutae perceptionis medetur <u>attentio</u>, obscuritati medetur <u>definitio</u>, confusioni <u>divisio</u>, cujus quaedam species <u>abstractio</u> est, quae unam rationem ab aliis sejungit, ut attentius eam mens intueatur.

2. De modis sciendi, quibus adjuvatur terminorum perceptio, ac primum de definitione.

<u>Modus sciendi</u> sumi solet tripliciter:

1° pro omni eo quod juvat ad scientias acquirendas; hoc sensu <u>logica</u> modus sciendi dicitur, quia juvat ad alias scientias; item etiam methodus, quia disponit res, ut facilius sciri possint.

2° strictissime sumitur pro eo, quod scientiam proprie dictam nobis ingenerat: hoc sensu <u>demonstratio</u> sola est modus sciendi; quia scientia proprie est <u>cognitio per demonstrationem acquisita</u>.

3° media quadam via dicitur id, quod <u>rem ignotam</u> clarioribus terminis explicat.

Modus sciendi sic sumptus = oratio ignoti manifestativa. Oratio = brevis sermo duobus aut pluribus terminis comprehensus. Ignoti manifestativa = in qua aliquid ignotum iis terminis explicatur, ut jam mens nostra illud clarius possit percipere. Hujus tres sunt species: definitio, divisio, argumentatio.

De definitione nominis.

Definitio nominis: oratio explicans proprium nominis significatum:

"Significatio nominis accipienda est ab eo, quod communiter intendunt homines." Thom.

Definitio rei: oratio explicans naturam rei per terminum designatae. Est

Natura rei constituitur per genus et differentiam.

essentialis: quae rem explicat per principia ejus naturam constituentia;

descriptiva quae rem explicat per quaedam adjuncta.

Essentialis est

physica quae rem explicat per partes physicas, sc. materiam et formam. Ex. homo compositus ex corpore et anima rationali.

metaphysica quae rem explicat per partes metaphysicas (genus et diff.) Ex. homo est animal rationale.

Partes metaphysicae non re differunt, ut anima et corpus, sed sola mentis abstractione distinguuntur, qui distinctionis modus metaphysicae et logicae proprius est.

Descriptiva est

propria, quae rem explicat per suas proprietates. Ex. homo est animal politicum, scientiae capax

accidentalis, quae rem explicat per venia accidentia

causalis quae rem explicat per causas extrinsecas sc. finalem, exemplarem, effectivam. Homo est animal ad imaginem Dei factum propter beatitudinem.

Regulæ definitionis:

1° ut sit clarior definito;
2° ne sit superflua aut diminuta;
3° ut constet genere et differentia;
4° ut convertatur cum definito, s. ut de definitione dici possit, quidquid de re definita dicitur, et e contra

s. De divisione.

Divisio est oratio explicans rem per partes. Erit
actualis quæ totum dividit in partes, ex quibus actu constat, sive illæ partes sunt physicæ s. metaphysicæ s. integrantes.
potentialis quæ distribuit totum potentiale in partes, quas sub se continet s. quæ dividit universale in sua particularia; est.
univoca quando totum potentiale eodem modo convenit suis inferioribus. Ex: animal: terrestre, aquatile, amphibium.
analoga quando totum potentiale non convenit eodem modo suis inferioribus sed solum per quandam proportionem. Ex. caput: hominis, montis, libri.
accidentalis quæ vel subjectum dividit in sua accidentia vel accidens in sua subjecta vel accidens in accidentia. Ex: homo: albus, niger; album: nix, papyrus, lac; album: amarum, dulce.

Regulæ divisionis:

1° ut divisum sit majus qualibet parte dividente (Ex. mal. div. animal: rationale vel sensitivum)
2° ut totum divisum adæquetur membris dividentibus simul sumptis et membra dividentia toti. (Ex. mal. div. terra dividitur in Europam, Asiam, Africam)
3° ut membra dividentia se aliquo modo excludant (Ex. ~~Terra~~ div. in Europam, Galliam etc.)
4° ut sit brevis, quantum fieri potest.

4. De abstractione.

Abstractio ē distincta consideratio partis avulsæ a toto suo. Est triplex:

formæ a subjecto s. materia.

notionis universalis a particulari

attributi ab attributo, cui in subjecto junctu ē. Theologq distinguit in Deo: bonitate, simplicitate, unitate, infinitate, etc. Dici solet præcisio, estq. duplex:

objectiva, cū rationes mente perceptæ ita distinctæ sunt, ut una aliā in suo conceptu non includat;

formalis, cū una ratio aliā in suo conceptu includit. Sic bonitas divina includit immensitate, æternitate etc. Hæc præcisio dici solet per modū includentis ē inclusi, ē per modū expliciti ē impliciti.

II. De judicio et propositionibus.

Mens plures ideas seorsim perceptas ac suis terminis expressas invicem comparat, atque si idem sint, unam de alia affirmat; sin minus negat. Haec secunda mentis operatio judicium dicitur, cujus objectum est propositio.

1. Quid sit propositio (ubi de oratione, nomine et verbo)

Propositio: oratio enunciativa unius de alio. Constat saltem duobus terminis ac copula illos conjungente. Subjectum: de quo aliquid enuntiatur; praedicatum: terminus qui de alio enuntiatur. Copula, quae utrumque conjungat.

2. De variis propositionum divisionibus.

De divisione propositionis secundum se spectatae.

In propositione secundum se spectata quatuor sunt: materia, forma, quantitas, qualitas.

Ratione materiae, circa quam versatur, propositio est:

- necessaria, cujus praedicatum ita convenit subjecto, ut ei convenire non possit. Ex. Deus est aeternus.
- contingens, cujus praedicatum ita convenit subjecto, ut possit non convenire. Ex. Petrus loquitur.
- possibilis, cujus praedicatum potest convenire subjecto, etsi non conveniat. Ex. Omnes gallinae sunt albae.
- impossibilis, cujus praedicatum subjecto repugnat. Ex. Justitia est iniquitas.

Ratione formae propositio est

- affirmativa quae asserit unum de alio;
- negativa quae negat.

Ratione quantitatis propositio est

- universalis cujus subjectum afficitur signo universali.

particularis cujus subjectum afficitur signo particulari;
singularis, cujus subjectum aut singulare est, aut affectum signo singulari;
indefinita, cujus subjectum nullo afficitur signo.

Ratione alicujus adjuncti propositio est
simplex (categorica) quae constat uno praedicato, subjecto et copula
de primo adjacente si una voce continetur – curro.
de secundo adjacente si verbum includat praedicatum Solum – Ildam peccavit.
de tertio adjacente, si subject. praed. et copul. distinctis vocibus exprimantur – Sol est lucidus.
composita (hypothetica) quae pluribus simplicibus aliqua particula unitis constat. Est aut
conditionalis cum simplices propositiones uniuntur particula si;
causalis quae duas simplices unit causali particula: quia, eo quod, quoniam.
copulativa quae plures simplices jungit particula et;
disjunctiva quae simplices unit particula vel, aut.
discretiva quae unit duas simplices particula discretiva, sed, tamen.
exponibilis quae voce simplex videtur, quum rei ipsa sit composita, ideoque per compositam explicatur, quae dicitur ejus respectu exponens. Pro distinguuntur:
exclusiva, cui miscetur particula exclusiva tantum, solum. Ex. virtus tantum laudanda est
exceptiva quae afficitur exceptivis particulis praeter, nisi:–

comparativa quæ particula comparativa s. expressa s. implicita afficitur.

reduplicativa cujus subjectum particula reduplicante afficitur, quatenus in quantum, ut, secundum quod.

absoluta simpliciter enuntiat prædicatum de subjecto;

modalis exprimit modum, quo prædicatum connectitur cum subjecto. Modi sunt quatuor, ut supra dictum ē: necessario, contingenter, possibiliter, impossibiliter. Hi modi exprimi possunt vel nomine et dicuntur esse sensus compositi, conjungit enim subjectum, ut jacet, cum prædicato; Ex. possibile ē justum esse malum — vel adverbio et dicuntur esse sensus divisi. Ex. Justus est possibiliter injustus.

3. De proprietatibus propositionis.

Oppositio: affirmatio ē negatio ejusdem de eodem

Potē esse:

contradictoria: repugnantia inter duas propositiones, quarum una ē universalis, ē altera particularis, vel utraque singularis; una affirmativa ē altera negativa.

Regula pro contradictoriis: nunquam possunt esse simul veræ aut simul falsæ.

contraria: repugnantia inter duas propositiones universales, quarum una ē affirmativa ē altera negativa.

Regula pro contrariis: nunquam possunt esse simul veræ, bene tamen simul falsæ.

subcontraria: repugnantia inter duas propositiones particulares, quarum una affirmat, altera negat

Regula: nunquam possunt esse simul falsæ, bene tamen simul veræ.

Aequipollentia: eadem vis idemque sensus duarum propositionum, ex aequivalentia signorum proveniens. Ex. non omnis homo ē justus = aliquis homo non ē justus.

Sicut quaelibet propositio habet aliquā sibi opposita, ita ē aequipollentē: si cui addatur particula negativā, propositio fit aequivalens suae oppositae. Tres sunt regulae aequipollentiae:

1. <u>Propositio contradictoria</u>, si ei praeponatur negatio, redditur aequivalens suae contradictoriae: non aliquis homo ē justus = nullus homo ē justus.
2. <u>Propositio contraria</u> si ei postponatur negatio, redditur aequivalens suae contrariae: nullus homo non disputat = omnis homo disputat.
3. <u>Propositio subalterna</u> si ei praeponas ē postponas particulā negativā, aequivalebit alteri subalternae: non aliquis homo non disputat = omnis homo disputat.

Vers: mem:
prae contradic: post contra: prae postq; subalter:

<u>Conversio</u> ē inversio propositionis, ita ut retenta <u>veritate</u>, ex praedicato fiat subjectū et ex subjecto fiat praedicatū. Ex: aliquis homo ē niger = aliquod nigrū ē homo. Pō esse

<u>simplex</u>: mutatio praedicati in subjectū servata eadē quantitate, i.e. ~~aut~~ universalitate aut particularitate Ex. aliquis homo ē justus = aliquis justus ē homo

<u>per accidens</u>: mutatio praedicati in subjectū variata quantitate (ut ex universali fiat propositio particularis: Ex: omnis homo ē animal – aliquod ~~homo~~ animal ē ~~animal~~ homo.

<u>per contrapositionē</u>: mutatio praedicati in subjectū, mutatis terminis finitis in infinitos. (Terminus infinitus, qui afficitur particula negativa, ut non homo). Ex: Omnis homo ē animal = omne non animal ē non homo.

Regulae: convertuntur

<u>simpliciter</u> prop. univ. neg. ē partic. affir.:
nullus homo ē angelus = nullus angelus ē homo.
aliquis homo ē justus = aliquis justus ē homo.

<u>per accidens</u>: prop. univ. aff. (univ. neg. pō)
omnis homo ē animal = aliquod animal ē homo.
(nullus homo ē lapis = aliquis lapis non ē homo)

<u>per contrapositionē</u>: prop: partic. neg. (univ. aff. pō)
aliquis homo non ē justus = aliquid non justum ē homo
(omnis homo ē animal = omne non animal ē non homo)

Vers. mem:

4. De recto propositionū judicio.

Sex regulæ ad rectū propositionū judiciū observandæ:

a. Cū de propositione judicandū ē, ante omnia termini, quibꝰ constat, attente considerandi sunt; si obscuri ē ambigui, definiendi; si confusi ac variis partibꝰ cōpositi, distinguendi.

b. Perceptis terminis, si in idea subjecti prædicatū evidenter contineatur, de illo constanter affirmandū ē; si vero ei manifeste repugnet, constanter negandū.

Connexio inter propositionis terminos omnino necessaria ē, cū prædicatū ē de essentia subjecti (ut si sit ejꝰ genꝰ aut differentia aut modꝰ inclusꝰ in genere vel differentia – sic in idea hominis continetur necessario animalitas, vita, corporeitas etc.)

Connexio vero solū necessaria secundū communē naturæ cursū ē, cū prædicatū non ē quidē de essentia subjecti, cū naturali tamen ejꝰ conditione connectitur (sic in principiis hominis clare perceptis continetur, ut sit mortalis, duobꝰ oculis, membꝰ constet etc.)

Connexio demū necessaria solū ut in plurībꝰ ē cū subjectū ex naturali quadā propensione ferri solet ad prædicatū, quo tamen aliquando etiā secundū ordinariū naturæ cursū deficit (sic omnis mater amat filios, mulieres sunt loquaces etc.)

Hinc tres gradꝰ certitudinis distinguuntur:

metaphysica cū impossibile omninō ē subjectū esse aut concipi sine prædicato – qua certitudine prædītæ propositiones dicuntur prima principia.

physica cū prædicatū secundū naturæ cursū non pō nō convenire aut repugnare subjecto.

moralis cū si communiter prædicatū convenit subjecto, ac pō tamen aliquando nō convenire.

c. Si perceptis terminis, inter eos nexꝰ aut pugna euidenter nō percipitur, cohibendꝰ ē assensꝰ; donec ea cōnexio aut repugnantia nobis aliunde innotescat · quod tribꝰ modis fieri pō:

ratione, cū ex aliis jā notis deducitur per discursū; unde

d. Omnis propositio ex terminis nō euidens, si sequatur euidenter ex aliis euidenter notis, ē ipsa quoq certa ē euidens judicanda ē, uero enī nō cōnectitur nisi uerū. At si sequatur solū ex probabilibꝰ ē ipsa solū probabilis censenda ē.

experientia, cū sensuū testimonio confirmatur, unde

e. Quae sensibꝰ secundū naturā recte dispositis clare, uniformiter ac distincte percipiuntur, certa judicari debent.

auctoritate, cū ab iis, qui eā norunt et veraces sunt, affirmatur. Unde

f. Quod nobis constat testimonio aliorꝰ, qui nec falli pō nec fallere, magis certū judicari debet, quā si nobis in se foret euidens: etiā si id nos omnino superet, imo iis, quae nobis nota sunt, uideatur aduersari. Quod uero cōstat testimonio eoꝝ qui quidē falli possunt ē fallere, attamen quos in eo facto nec falli nec fallere aliunde certa ē, id itidē certa judicari debet, sed juxta mensurā hujꝰ prioris certitudinis.

III. De discursu et argumentatione.

Tertia mentis operatio est discursus, quo ex uno aut pluribus judiciis jam notis, aliud ignotum cum iis connexum inferimus. Pars illata consequens, ex qua haec infertur, antecedens; oratio vero, in qua id fit, argumentatio dicitur.

1. Quid et quotuplex sit argumentatio in genere et quae ejus regulae?

Argumentatio: oratio in qua unum ex alio infertur. Distinguuntur tres species:

exemplum: argumentatio in qua ex simili simile infertur; ut: vinum et ebrietas perdiderunt Alexandrum, ergo et te perdent, si illis indulgeas — quod argumenti genus praecipue valet in moralibus et apud plebem (Christus eo maxime utitur)

inductio: argumentatio, in qua ex particularibus sufficienter enumeratis universale colligitur

syllogismus: argumentatio, in qua ex universali particulare in eo contentum infertur. Nititur his principiis: quod dicitur de omni, dicitur de quolibet sub eo contento — et quod negatur de omni, negatur de quolibet sub eo contento

- Enthymema: syllogismus altera praemissarum mutilus.
- Sorites: syllogismus coacervatus, in quo sc. ex pluribus propositionibus gradatim positis devenitur tandem ad conclusionem.
- Epicherema: syllogismus, cujus major et minor alias propositiones ipsas probantes continet.
- Dilemma: syllogismus in quo praemissae disjunctivae utraque pars subsumitur, atque ad propositum concludendum adhibetur.

Regulæ argumentationis tres sunt:
1° ex vero nullo modo sequit^r falsū
2° ex falso aliquando sequit^r id, quod aliunde ē verū.
3° antecedens debet esse notio consequente.

2. De Syllogismo.

Syllogismq ē argumentatio in qua duo extremi termini propositionis affirmative aut negative comparantur cū uno tertio, ut inde concludatr eoq cōparatio inter se, seu affirmativa s. negativa.

Arist: oratio, in qua quibqdā positis, necesse ē aliquid sequi ex eo, quod hæc sint posita. (Anal. I, 1)

Omnis syllogismi certitudo continet^r his duobq princīpiis: quæ sunt idē eidē, sunt idē inter se - quoq unū ē idē cū aliquo tertio, aliud vero nō ē idē, ea nō sunt idē int^r se.

In omni syllogismo sint tantū tres termini
Minq extremū: subjectū propositionis illatæ;
majq extremū: prædicatū ejqdē propositionis;
mediū: tertiq ille terminq.

majòr: propositio i quā majq extremū comparatr cū medio;
minor: propositio, i qua minq extremū comparat^r cū medio;
conclusio: propositio i qua minq extremū comparat^r cū majore extremo.

Dē divisione syllogismi in genere

In syllogismo distinguuntur materia ē forma.
Materia vel remota i.e. termini
vel proxima i.e. propositiones.
Forma: dispositio artificiosa terminoq ē propositionū, quibq cōstat.
Dispositio terminoq: cōbinatio extremoq cū medio = figura syllogismi
Dispositio propositionū: cōbinatio eaq inter se secundū universalitate ē particularitate, affirmationē aut negationē = modq syllogismi.

Ratione materiæ ē syllogismq

demonstrativq : cōstat propositionibq necessariō ueris ;

probabilis : cōstat propositionibq probabiliter ueris ; s. topicq (localis)

sophisticq : cōstat propositionibq apparenter ueris , sed re ipsa falsis .

Loci : quædā cōmunia prōptuaria

Ratione formæ ē syllogismq

informis : absq ulla certa dispositione terminoq ē propositionū ;

formatq : cujq termini ē propositiones suo quæq ordine distincte collocantr.

Formatq ē uel

cōpositq qui pluribq cōstat prop: ut Sorites , Dilemā , Epicherema - aut qui tribq tantū , sed quar major cōposita ē ē cōclusione tota cōtinet - cujq sunt tria genera : conditionalis , disjunctiuus , conjunctiuq .

uel simplex : cōstat tribq tantū ēaq simplicibq propositionibq

præterea directq : cōcludit seruato naturali ordine terminoq conclusionis

indirectq : cōcludit propositionē ueram sed inuersā , mutato prædicato in subj:

præterea in uarios modos ē figuras .

3. De uariis figuris ē modis syllogismoq :

Quatuor sunt possibles figuræ , at tres tantū utiles

Figura : cōbinatio extremoq cū medio , quod quatuor modis fieri pō :

1° mediū subjicitr in majori ē prædicatur in minori

2° mediū in utraq prædicatr

3° mediū in utraq subjicitr

4° mediū prædicatr in maj. ē subjic: in min.

Quæ quarta figura omnino ē violenta, ē ut verita fiat, debet reduci ad primā, unde ē inutilis, licet probet^r Galeno ideoq Galenica dicatur - Ex.

Omīs homo ē animal
omē animal ē substantia, ergo
aliqua substantia ē animal.

Tres figuræ continentur hoc vs:
Sub. præd. prima: sed altera bis præd. Tertia bis sub.

Modq syllogisticq ē dispositio præmissaꝝ inter se secundū universalitate ē particularitate, affirmatione ē negatione. Porro IV sunt genera propositionū: universalis affirmativa (A), universalis negativa (E), particularis affirmativa (I) particularis negativa (O). - unde sequit^r, sub qualibet figura XVI modos esse possibiles. At omes hi modi no concludunt, pluresq proinde sunt inutiles - statuendæ ergo sunt regulæ ut secernantur utiles ab inutilibq.

1° Mediū in aliqua præmissaꝝ debet supponere distributive i. e. pro omibq ē singulis suis significatis.

2° Nullq terminq in conclusione distribui pō, nisi distributq fuerit in præmissis

3° Ex puris particularibq nihil concludit^r

4° Ex puris negativis nihil sequit^r

5° Conclusio syllogismi semper sequit^r debiliorē parte i. e. negativa ē, si aliqua præmissaꝝ fuerit negativa; particularis, si aliqua fuerit particularis.

6° Termini syllogismi eodē sensu sumant^r in singulis propositionibq

4. De probatione et reductione syllogismorum.

Proprium est omnis syllogismi, ut probari possit ejus vis per principia, quibus nititur. Proprium vero est syllogismi imperfecti, ut ad perfectiorem reduci possit: ac vicissim perfectionis, ut alii ad ipsum reduci possint; ac praeterea, ut vocant, ad impossibile.

Syllogismus probatur, cum principia, quibus ejus bonitas nititur, proferuntur. Principium syllogismi affirmativi duplex est:

Quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se:

et quidquid dicitur universaliter de subjecto, dicitur de quolibet contento sub illo.

Principium syllogismi negativi itidem duplex est:

Quorum unum est idem alicui tertio, et aliud non est idem, ea non sunt una inter se;

et quod negatur universaliter de subjecto, negatur de quolibet sub eo contento.

Reductio est duplex:

ostensiva: revocatio syllogismi imperfecti ad perfectum

reprensiva s. ad impossibile, cum negatae conclusionis assumitur contradictoria, ut cum ea et una praemissarum concludat perfecte contradictoria alterius praemissae.

Syllog. imperf: qui aut indirecte concludit, ut V modi posteriores primae figurae – vel si directe concludat, minus clare concludit, ut syllogismi omnes aliarum figurarum.
Syllog. perf. qui directe et clare concludit, ita ut positis praemissis perspicue videatur illatio; tales sunt tantum IV primi modi primae figurae.

5. De inventione medii

6. De syllogismo sophistico

Sophisma est syllogismus captiosus. Omne sophisma decipit vel in forma vel in vocibus vel in rebus, unde triplex fallacia: formae, vocis, rerum

